

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Jacob Friedrich Roennberg


**Rector Academiae Rostochiensis, D. Iacobvs Fridericvs Roennberg Die Sancti Michaelis Festo, De Sensatione Morali Atqve De Acqvirendo Nobiliori Sensationis Moralis Gradv Tentamen Aliqvod Scripsit**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1773?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877707022>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1773. Michael.

~~A-1256. 42.~~

RECTOR ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS,

Math. 1773.

D. IACOBVS FRIDERICVS  
ROENNBURG

DIE SANCTI MICHAELIS  
FESTO,

DE

SENSATIONE MORALI ATQVE DE ACQVIREND

N O B I L I O R I

SENSATIONIS MORALIS GRADV

TENTAMEN ALIQVOD

SCRIPSIT.



---

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.

M. 1256 412

ACADEMIA ROSTOCENSIS  
D. IACOBUS TRIDERICAS  
ROSENBERG  
DE SANCTI MICHAELI  
LIBRARIO

SCENAE MORTALIA ETATÆ DE TECUMGRINIS  
IN QVADRIBUS  
SCENÆTICIS MONSTRABANTUR  
EX SPECTACULIS ACADEMICIS



ACADEMIA ROSTOCENSIS  
LIBRARIO



Illucescente Sandi Michaelis die festo iterum Ci-  
ues omnium ordinum Honoratissimi ad  
vos mea se conuertit oratio. Mittamus  
autem argutias, et procul abesse iubeamus  
subtilitates quae fructum commodumque  
societati humanae nequeant praestare ullum. Eligamus autem  
materiam, cordi animoque nostro proficuam, quae, si rite a  
nobis pensata et mente reuoluta, imo, quod magis est, si regula  
nobis ratioque viuendi fuerit, non solum felicitatem nostram  
temporalem stabilitura, sed in aeternam quoque suauissimum praे-  
stitura sit influxum. Praebeatis itaque, *Ciues Optimi*, prae-  
beatis, vos obsecro, vestras mihi mentes benignas, mihi, in-  
quam, de *sensatione morali* acquirendoque nobiliore eius gradu,  
sermonem facienti.

Ne autem in consuetam oratoribus, incidamus imbecil-  
itatem, ne oratio nostra in precipitem declamationem de-

A 2

gene.

generet, meum erit, vos reddere prius attentos et intellectum  
vestrum conuincere, quam imaginationem alliciam, animum-  
que emolliam, vt, in commodum proprium, sensationes vestras  
morales reddatis perfectiores atque nobiliores, —

Quid igitur sunt sensiones? quid sibi volunt? Ardua sane,  
et multis laboribus plena, est ad datas quaestiones respon-  
sio. Absconditi enim mentis motus mihi sunt perscrutandi,  
omnesque animi operationes contemplandae, vt adaequatis,  
certis clarisque idearum determinationibus quaestiones praecau-  
tae enodem supradictas. Hic itaque est, quod experientia,  
quod studium in praestantissimorum virorum libris, (1) quod  
propria contemplatio rerum, me has de tam graui materia  
docuerunt. *Gallia*, antiquissimis temporibus seueris atque gra-  
vibus moribus, medio vero aevo asperum vitae genus magis  
magisque relinquens, depravata est nostris temporibus  
per *Voltaire*, (2) ne dicam de multis aliis, uenustate et suauita-  
te dicendi ac ingenii excellentia, illi multum imparibus.  
Quo enim magis scripta eius ingenii acumine nitent, quo  
prolixiori svaviorique dicendi genere lepores fabulasque  
*narrat*

(1) Potissimum legi ac perlegi.

*Gellerts* moralische Vorlesung.

*Sulzers* Theorie der angenehmen vnd unangenehmen Empfindung.  
Briefe über die Empfindung von *Mosés Mendelssohn*. *Spalding*  
vom Werth des Gefühls im Christenthum.

(2) Non opus est, omnia bonis moribus noxia, et ab eo effusa, hic  
commemorare: in detrimentum Auctoris satis est, hic vt allegem *la  
Pucelle d'Orléans*.

— — —

narrat, ne crassa obscoenorum turpitudo manifestam inferat iniuriam lectoribus, eo subtilius, at etiam eo perniciosius, est uenenum istud, quod non solum *Gallia* sed et aliae gentes ex his scriptis inbibunt. Non est Cives O.O. Honoratissimi, non est *Catoniana* asperaque morum seueritas, quod sentio. Viri illius admiratus sum ingenii excellentiam animique dotes, et bene scio quantum orbis litteratus *Voltario* debeat. At, quae-  
so, cur iuuenes, praecipitanti imaginatione per se jam velo-  
ces, per voluptuosas et lubricas descriptiones, et si sint *Ve-  
nere Medicea* iucundiores pulchriores blandioresque, ad omnia  
libidinum genera seducit auctor supra commemoratus?

Effusum est hocce venenum, pror dolor, in totam *Germaniam*, et magnis apud nos bibitur haustibus. Obscoena et squalida verba *Besserus* aequa ac *Guntherus* scripse-  
runt: attamen ita voluit saeculi genius, et scripta eorum, quam-  
quam non sine sagacitate arque solertia, sunt, quoad maxi-  
mam partem, carminibus coposita, quibus inter pocula ho-  
spites in conuiuio nuptiali congregati, delectabantur. Dixe-  
rit autem quispiam, quis est quem nunc carmina ista dele-  
stant? Concedo. Nonne autem *Rostii* scripta (3) leguntur?  
Nonne auctor poematum in modum *Galli istius Grecourt* (4) iu-  
uenes titillat? et nonne iuuenilem aetatem, alias integra mente  
degentes, auctores isti deprauant? An vero sunt friuolitates isto-  
rum minori pernicie, quia concinne et blando dicendi genere  
descri-

(3) *Rost's Schaefer Gedichte.*

(4) *Gedichte in dem Geschmaek des' Grecourt.*

descriperunt nequitias? Galli istius imitatorem lascium se-  
nere et recte taxarunt auctores actorum literariorum in usum  
foeminarum, compilatorum, (5) et, quod ad nos pertinet, sen-  
tentiae horum subscribimus lubentissime.

Ad exprimendum diuinum *Wielandi* ingenium, verba sa-  
ne defunt, Optimi Cives. In omnibus ab eo prolatis socrati-  
ca latet sapientia, et in libello eius, *Musarion* (6) inscripto,  
plures veritates, intimoremque cum omnibus animi cordis-  
que motibus inuenio familiaritatem, quam in hoc vel illo mo-  
rum scientiarum compendio, quo, experientia expertes, quo  
commercio cum hominibus, in vita communi rudes, dogma-  
ta, minime gentium practica demonstrant. Non quoque  
inficias ibo, quod excessus, transgressiones, aequa ac in-  
eptum et inconcinnum, atque imaginarium in formandis mo-  
ralibus principiis, quae male nos habent, reformare et expel-  
lere velit. Ita etiam sentimus ut *Wielandus* sic canens:

*Doch, selbst die Tugend kan kein Schwärmer weislich lieben,  
Sie ist den schönen Formen gleich,  
Die iungen Künstlern zu Modelen,  
Ein Polyckletus giebt. „Ihr Knaben hüthet euch,  
Die Schönheitslinie nur ein haarbret zu verfehlen (7)*

Et recedimus ab Anonymo illo, qui in epistola poetica ad *Wie-  
landum* directa scripsit:

*Doch,*

(5) Gelehrte Zeitung fürs Frauenzimmer, ni fallor folio mense Martii  
edito.

(6) *Musarion* oder die Philosophie der Gratiens.

(7) *Wieland* im Fragment über einen schlafenden Endymion.

Doch, müssen wir ja unvermeidlich fehlen;  
Weil Fehlen unsrer Erbtheit ist:  
So wollen wir die strenge Seite wählen,  
Weil man hier nicht so leicht das rechte Maß vergißt (8)

Endymion denique in fragmento supra adducto nobis amabis  
Ils est, cum dicit:

Die Tugend, o die hat dein Cato selbst nicht wärmer  
Geliebt als ich! Die ehrt so gar der Bösewicht,  
Und ohne Gleisnerey, aus Neigung, nicht aus Pflicht,  
Ist schöner Seelen Lust, sie fröhlich auszuüben.

Nihilo tamen sécius non omnis errat supra commemoratus  
Anonymous cum canit de virtute:

Doch ist Sie nicht gebildet wie Cythere,  
Wo sich Gefahr bei Schönheit zeigt,  
Wen Sie zuerst aus mütterlichem Meere,  
Im iugendlichen Glanze steigt.

Verum enim est, quod blanda venustas non per se sit pericu-  
losa, et ut formositas physica seu corporalis hominibus luxurio-  
sis periculosa sit, sic et pulchritudo moralis fanaticis. At,  
non semper est in potestate venustati accendentium continen-  
tia, ut Wielandus putat (9). Et num potest is, quem iumentus,  
quem ignifera imaginatio, occasione data, ad omne libidinis ge-  
nus trahunt, potest, inquam, is, in Diogenis republica  
eas

(8) An Herrn Wieland über dessen schlafenden Endymion im Musen Al-  
manach von 1773. Ein Fragment über ein Fragment.

(9) Im deutschen Mercur pag. 174.

eas enodare veritates tam physicas quam morales quae hic omnino latent? (10). Quomodo iuuenis in supplementis ad historiam scientiae et cordis humani secretam a Wielando conscriptis (11) inuenire potest refutationem Russouianis systematis? (12). Quomodo is in Agathonis historia, (13) non impeditus blandis libidinosisque imaginibus atque ideis, sequi potest Agathonem laborando per omnia systemata, tandem ad artem recte beneque viuendi penetrantem? Nonne Speculum aureum (14) lubricas representationes viro iuueni format? quamuis liber iste auctoris ingenium ostendat atque eum declareret hominem in omni genere scientiarum et in re politica versatissimum, cuius principia in educando efformandoque Principe tam vtilia et certo modo vtiliora esse possunt quam tradita per Marmontel (15) Montesquiu (16) et Bilefeldum (17). Et quibus tandem puellis atque virginibus in poemate comico illo (18) filiarum Schah Bambos exempla tam frugifera sint,

quae

(10) Vid. liber ille incomparabilis; quo Wielandus, tam diserte caritatem atque benevolentiam erga genus humanum tradit nempe die Dialogen des Diogenes von Synope.

(11) Wielands Beitrages zur geheimen Geschichte des menschlichen Verstandes vnd Herzens aus dem Archiv der Natur gezogen.

(12) Russos Emil.

(13) Geschichte des Agathon von Wieland.

(14) Der goldne Spiegel, oder die Koenige von Scheschian eine wahre Geschichte.

(15) Belisaire.

(16) L' Esprit des Loix.

(17) Institution Politique.

(18) Der neue Amadis ein comisches Gedicht.

quae non, legendo, erubescant? Quid denique de *comicis nugis* (19) dicam? Certum est, monte *Ida*, ubi blanda *Venus*, tunica velata ante *Paridis* stat oculos, et tunc se demittit in brachia iudicis, in hoc lasciuo statu Wielandus absconditos quod viderit animi motus: attamen, quaeſo, quae ſcenae voluptuosae! Num perlustrare eas potest, ſine animi affectibus a libidine excitatis, iuuenum quispiam?

*Sulzerus* ille, et in philosophia, et in liberalibus artibus nemini secundus, iuste affirmat, quod scientiae artesque vividam pulchri ac boni ſensationem praebere, et fortissima a folido atque malo reclinazione nos imbuere debeant.

Man hat durch den falschen Grundsatz, inquit itaque berolinensis philofophus, dass die ſchönen Künfte nur zum Zeitvertreib vnd zur Belustigung dienen, ihren Werth erstauntlich erniedriget, vnd aus den Muſen, die Nachbarinnen des Olympus, ſind irdiſche Dirnen vnd witzige Buhlerinnen gemacht.

et porro:

Es muſ iedem rechtschaffenen Philofophen ſchmerzen, wen er sieht, wie die göttliche Kraft des vom Geschmack geleiteten Genies ſo gar übel angewendet wird. Man kan nicht ohne Betrübnis ſehen, was die Künfte wircklich ſind, wen man erkannt hat, was ſie feyn könten. Man muſ unwillig werden, wen man ſiehet, dass Leute, die mit den Muſen

(19) Comische Erzählung.

B

Musen nur Vnzucht treiben, einen Anspruch auf vnsere Hochachtung machen dürfen (20).

Ita Sulzerus. Et vos, Optimi Cives, ne timeatis oro, me, qui lubricum scribendi genus sensationibus moralibus nocuum, et iuuenili aetati periculosem iudico, in fanaticorum abiturum esse sententiam. Intelligo enim huius cogitandi generis excessus in regno morali, et bene scio, quam nocuum sit et Religioni nostrae maxime deueneranda. (21) Haec viribus nostris nimis apta seueritas, efformat principia, humana natura quae respuit, et per illam nonnulli in cultu diuino sensiones animi exposcunt, aetatis, temperamentorum, seu sanguinis commixtionis caussa, minime gentium possibles.

Quaequum ita sint, Ciues Optimi, claram distinctamque, et ab omnibus peregrinis ideis, quantum fieri potest, alienam nobis formabimus de *sensatione* morali ideam, et de eius *nobilitate* repraesentationem.

Quod philosophi tradunt de fluido nervorum, quod corporis fibrarum elasticitatem promoueat, nihil nisi hypothesis mihi videtur, quae τό quod sit demonstrat, quo autem modo sensationes existentes fiant, supra horizontem ingenii humani esse, existimo. Id vero principiis psychologicis nobis endatur, sensations quod sint repraesentationes, modo gratas,

(20) Sulzers allgemeine Theorie der schönen Künste in proemio pagina 4 et 5.

(21) Libellus concinne scriptus Vom Werth des Gefühls im Christenthum.

modo ingratas in nobis excitantes perceptiones ; nos ad rem  
allicientes, vel ab ea re abducentes. Tradita haec sequentia  
illustrant exempla. Frondea casa , per vicinam philomelae  
cantilenam iucundior , florescentes valles, hilaritate gregum  
plena , nobis perplacent , et iucundas animae nostrae fistunt  
repraesentationes amoenitate splendentes.

Quercus igne adusta , saxa praerupta , conualles desertae  
ac desolatae, clamore luporum , praedae auidorum , resonan-  
tes , displicant , et timore percussa derelinquet anima nostra  
ista horrenda.

Sic psychologia de animae nostrae sensionibus. Philo-  
sopho autem , morum scientiam excolenti , est sensatio no-  
stra , actualitas in nobis habilem promouens sensum , vi cu-  
jus subito atque repente inclinatio , vel auersatio , voluptas  
vel displicantia nos arripit , si qua res nobis se obtulit. Ita  
est , Cives , si existens sit sensatio sinceritatis , misericordiae,  
amoris proximi , honoris , generositatis , animique magni-  
tudinis. Ante oculos enim stet nobis vir integer scelerisque  
purus , et statim pari anima nostra sentit modo. Id , quod  
tota humana natura habet misericordiae dignissimum , pressam  
et oppressam nempe vidimus virtutem , et sympathetica ca-  
pimur commiseratione. De philanthropiae gestisque audimus,  
et confestim ad cibandos esurientes , sitibundos potandos at-  
que nudos tunica circumdandos , commouemur et accurrimus.  
Magnanimitatis et animi excellentiae inuenimus exempla , et  
candens aemulatio ad similia excelsa gesta adspirans colorem fa-  
ciei nostrae indicit.

Hi impulsus, hae festinae et acceleratae animi actualitates, sunt stimuli fundamentales, omnes fere nostras actiones dirigentes, et tunc efformant nostrum characterem moralem, et variae huius impulsus, huius actualitatis animi, modificationes, varias, et mixtas quoque generis nostri cogitandi, aequae ac actionum nostrarum determinationes promouent.

Haec satis dicta, Optimi Ciues, de explicatione sensacionis moralis. At quibus auxiliis sensationes haec nobilitantur? Crassa ac stupida, ab ipsa natura, ut ita dicam, neglecta mens, vitam in morali inactiuitate degens, cui mechanismus corporis tantummodo est agendi fundamentum, non pollet nobilitate.

Si autem afficiamur pulchritudine, fortitudineque; si affectibus boni et mali, generosi et ignominiosi, virtutis atque flagitorum commoueamur; si hi animi motus quotidie exemplis optimis et actionum humanarum contemplatione alantur; si per statum in quo viuimus, recte atque adaequate mens determinetur; si appetitus et auersiones nostrae non tam male animam habeant nostram, quietem ut amittamus; si mens serena, et intellectus bene edoctus, agendi rationem, id est, absconditos actualitarum nostrarum stimulos in momento perscrutetur, quo sunt efficaces; si iudicium consecratia actionis profunde, ac late, pro futuro statu, perspiciat; et intellectus, vna cum recta ratione, malacitate, naturaliter innata, subleuante, appetitis nostris adimat praecipitatem; et impedia, quo minus omnia ad propriam utilitatem referamus; si fides et sinceritas, si honor et amor patriæ,

si li-

si libertas aequa ac humanitas, una cum benevolentia totum erga genus humanum non modo sint scientia, quae ab intellectu solummodo percipitur, sed, tanquam morales veritates, quibus bene ornatur societas humana, voluntatem, appetitusque condecorant sensitiuos; tunc, tunc, inquam, sensiones nostrae morales nobilitatae sunt, tunc perpolita haec animi sensatio fit meritum cordis illud maxime deuenerandum; tunc praecipui animi motus sunt benevolentia erga vniuersum, iustitiae atque morum integritatis amor, et ad eam inclinatio, iniustitiae vero et saevitiarum auersatio, et erga omnia vitiorum genera inexpiable odium, atque in obreftatores humanitatis sempiterna inimicitia; et sic denique, *Optimi Ciues*, nos ipsos generis humani reddemus benefactores.

Haec usque dum prolata, media sunt, quibus sensiones nostrae redundunt meliores perfectioresque.

Quum autem haec media, ad perfectiores reddendas morales sensiones, adhibenda fint, organa nostra sensoria non labefactanda esse, mihi videtur esse necessarium. Si enim haec corporis organa inualida sunt, et morbo aliquo laborant, quo fieri possunt modo ab externis obiectis animi impulsus? et si hoc impossibile, qua ratione perceptiones cum apperceptione coniunctae existent? et si denique hae perceptiones impossibilis, quibus auxiliis sensiones in anima nostra reddentur existentes?

Tu igitur iuuenis, vitam gerens, ebrietate, luxuria, et omni flagitorum genere sordidam, tu sensum corruptum reddis;

tibi virtutis exemplum minime est calcaris instar. Quomodo respondebis, si vox illa diuina acclamabit; *vitae rationem redde!*

Haec dixisse sufficiat, de sensione morali animi nostri et de eius nobilitate, et abunde de illis dictum sit, dum res mihi est cum viris eruditis, vbi tantummodo nutibus opus est ad veritatem contemplandam vterius.

Ne incidat vero in Scyllam, qui vult vitare Charybdim, *Cives optimi*, sequentia in medium proferre liceat. Sunt, qui sensationes meliores reddere student, attamen, vel prolixiori ore, animo autem immoto atque intaeto, de sensatione sunt sagaces, vel effoeminatos reddunt mores atque animos. Hoc scribendi genus merito taxatum est ab excellentissimo Sulzero, his verbis: Wie der Mangel der genugsamen Empfindsamkeit eine grosse Vnuollkommenheit ist, indem er den Menschen steif vnd vnthätig macht, so ist auch ihr Vebermaass sehr schädlich, weil es ihn weichlich, schwach vnd vnmännlich macht. Diese wichtige Warnung, die Sache nicht zu weit zu treiben, scheinen einigen vnserer deutschen Dichter, die sonst ynter die besten gehören. besonders nöthig zu haben. Sie scheinen in dem Wahn zu stehen, dass die Gemüther nie zu viel können gereizt werden; den Schmerz wollen sie gerne bis zum Wahnsinn, vnd zur Verzweiflung, den Abscheu bis zum äussersten Grad des Entsetzens, iede Lust bis zum Taumel, vnd iedes zärtliche Gefühl bis zur Zerfliessung aller Sinnen treiben. Dieses zielt grade darauf ab, den Menschen zu einen elenden schwachen Ding zu machen, das von

Luft,

Lüst, Zärtlichkeit vnd Schmerzen so veberwältigt wird, daß es keine wirksame Kraft mehr behält, dem alle Standhaftigkeit vnd aller männliche Muth fehlt. (22)

Sed! Memores simus festi diei *Sancti Michaelis Cives O.*  
*O. Honoratissimi.* More consueto, et quod magis est, instinctu quodam interno commotus, ad pie hoc festum celebrandum Vos admoneo, oro, et obsecro. Omnes enim vere gentes existentiam *Geniorum seu Angelorum,* quorum tutelae se dabant, crediderunt. (23) Assumatis itaque, praelucente sacro Codice, doctrinam illam, per angelos Deum omnipotentem nos et sensiones nostras aequae ac actiones dirigere in commodum verum nostrum, et ad illustrandam gloriam diuinam, quantum hoc ab hominibus fieri potest. Ex sacra scriptura nota est existentia angelorum atque stabilita, et plus quam vero simile est ex lumi-

(22) Sulzers allgemeine Theorie der schönen Künste pag. 313.

(23) *Censorinus de die natal.* cop. 3.

*Apuleius de dogmat.* Plat. pag. 42.

*Iamblichus de Myster.* Aegypt.

*Plato in Phaedr.* pag. 447.

*Wonna in dissert. de geniis.*

*Fabricius in bibliograph. antiqu.* cap. 8. §. 20.

Quod Iudaei quoque genios statuerint apud *Fabricium de Codic.*

*pseudepigr.* V. T. pag. 4. legi potest.

*Huetius in Origenianis libr.* 2. quest. 5.

*Fabricius libr.* cit. cap. 8. §. 22. et

*Richter Gymnasii Güstrouiensis* quondam Rector famigeratissimus peribent Christianorum temporibus antiquissimis et tempore Patrum ecclesiae de Geniis doctrinam floruisse.

ne naturali, quod angeli omnino adsint. Nullibi enim saltus sunt in hoc vniuerso, et omnia quasi vinculis concatenata sunt a sapientia omnipotentiaque diuina. Cur itaque non darentur Spiritus Deum inter et homines collocandi? Spiritus inquam, perfectioris intellectu, perfectioribusque viribus atque virtutibus gaudentes, quam, per essentiam, homines habere possunt? Aestimetis ergo angelos, *Cives*, et potissimum, quia *Sanctus Michael* in cuius memoriam hic festus dies celebratur, is est, cuius eximio Ministerio Deus usus est in commodum Ecclesiae IESV CHRISTI saluatoris nostri, eius morum diuina scientia mores nostras emollit et volitiones nostras rectificas reddit, qui porro id fecit, quod ratio recta quidem admonet, attamen in executione ipsa per imbecillis atque fragilis est, qui nempe inimicos amauit, et morte cruenta factus est totius orbis criminosi Redemptor.


Ha! qui animam sentit sensibilem, qui gratitudine pollet, cui non propria indifferens est felicitas, is, inquam, flexis genibus illud Philanthropiae exemplum diuinum adoret.


P. P.

DIE SANCTI MICHAELIS FESTO,  
SVB SIGILLO RECTORALI.  
M D C C L X X I I .









13

si libertas aequa ac humana, una cum benevolentia totum erga genus humanum non modo sint scientia, quae ab intellectu solummodo percipitur, sed, tanquam morales veritates, quibus bene ornatur societas humana, voluntatem, appetitusque condecorant sensitiuos; tunc, tunc, inquam, sensiones nostrae morales nobilitatae sunt, tunc perpolita haec animi sensatio fit meritum cordis illud maxime deuenerandum; tunc praecipui animi motus sunt benevolentia erga vniuersum, iustitia etque morum integritatis amor, et ad eam inclinatio, iniustitiae vero et saeviarum auersatio, et erga omnia vitiorum genera inexpiable odium, atque in obrectatores humanitatis sempiterna inimicitia; et sic denique, *Optimi Ciues, nos ipsos generis humani reddemus benefactores.*

Haec usque dum prolata, media sunt, quibus sensiones nostrae redundunt meliores perfectioresque.

Quum autem haec media, ad perfectiores reddendas morales sensiones, adhibenda sint, organa nostra sensoria non labefactanda esse, mihi videtur esse necessarium. Si enim haec corporis organa inualida sunt, et morbo aliquo laborant, quo fieri possunt modo ab externis objectis animi impulsus? et si hoc impossibile, qua ratione perceptiones cum apperceptione coniunctae existent? et si denique hae perceptiones impossibilis, quibus auxiliis sensiones in anima nostra reddentur existentes?

Tu igitur iuuenis, vitam gerens, ebrietate, luxuria, et omni flagitorum genere sordidam, tu sensum corruptum reddis;

B 3

tibi

Image Engineering Scan Reference Chart T5263 Serial No. 150

DFG